

lius Aviola cos.<sup>3</sup>, bonor. possessor.<sup>4</sup> | Dolabellae Metiliani, in hoc opus dederunt HS centena mil. n. | Res p. et populus Corfiniensis datis HS CLII<sup>5</sup> n. consummavit, curam agente | [C. Alfio] T. f. Ser. Maximo.<sup>6</sup>

*Corfinii rep. (IX 3152 vidit Dressel praeter partes medias singulorum ver-  
sum).* — 1) Fortasse filius P. Cornelii Dolabellae Petroniani consulis a. p. Chr. 86, frater P. Cornelii Dolabellae Metiliani Pompeii Marcelli supra N. 1049. Memoratur praeterea in fragmento tituli item ad balneum Corfiniense pertinentis IX 3133 et in t. urbano VI 16450. Quando consul fuerit, incertum. — 2) Is qui fuit consul a. 108, 3) consul a. 122. — 4) Bonorum possessores, scilicet post mortem Dolabellae. — 5) Sestertium centum quinquaginta duobus (milibus). — 6) Suppletum ex IX 3083. 3168.

**5677** s. c. balneum Clodianum | emptum cum suis aedificis | ex pecunia Augustal. HS  $\text{L} \text{LXX}^1$ , | Q. Minuci Ikari, | C. Aufilli Suavis, | C. Aiscidi Lepotis, | N. Herenni Optati, | M. Caedi Chilonis, | M. Ovini Fausti.

*Teani (X 4792 vidit Mommsen).* — 1) Sestertium (nummum) milibus sexaginta. Singulis Augustalibus dena milia pro eo honore solvenda fuisse coniecit Mommsen.

**5678** . . sibi et fil. suo Ne|[p]o|[t]i ex HS LX n̄. poni iussit | et ob dedicatione earum | dec. X V<sup>1</sup>, VIvir. X III, pleb. X II | dari iussit; item reliquit | ad balinei fabrica rei p. | Tif. Tib.<sup>2</sup> HS CL n̄.<sup>3</sup>, quae ex sententia Aemili Frontonis | cl. vir.<sup>4</sup>, postea deinde Arri | Antonini<sup>5</sup> cl. vir. rei p. Tif. Tib. | ab Cipellis Profuturo et Pi|centino her. et ab Arruntia | Ampiana<sup>6</sup> her. Arrunti Grania|ni numerata sunt. Her. posuer. | L. d. d. d.

*Tiferni Tiberini (Città di Castello) in Umbria (XI 5939 = Grut. 494, 5 vidit Bormann).* — 1) Decurionibus denarios quinos. — 2) Rei publicae Tifernatium Tiberinorum. — 3) Sestertium centum quinquaginta milia nummum. — 4) Clarissimi viri. — 5) Cf. N. 1118. — 6) Eadem memoratur XI 5940.

**5679** T. Varius T. f. Pol. Rufinus | Geganius Fácundus Vibius Marcellinus | equo publ., quinquennalic., nomine suo et | T. Vári Longi filii sui | balineum á L. Rufellio Sevéro<sup>1</sup> p. p., tr.<sup>2</sup> factum, | quod rés publica á novo refecerat, incendio ex maxima parte | consúptum operibus ampliátis pec. sua restituit.

*Fani in Umbria (XI 6225 = Orell. 3890 vidit Bormann).* — 1) Ad eundem videtur pertinere titulus mutilus XI 6224. — 2) Primopilari, tribuno.

**5680** honóri | Q. Solóni Fabi Severini e. v., | ob merita eius praeterita et | praesentem liberalitatem | quo mátúrius balneum úsibus | plebis exhiberétur, fabri tign. Nem.

*Nemausi (XII 3165<sup>b</sup> descr. saec. XVIII Seguiet).* Titulus legitur in lapide in quo antea ut videtur aliis usibus destinato incisus fuit titulus XII 3165<sup>a</sup>.

**5681** publicum | Interamnium<sup>1</sup> | vectigal | balnearum<sup>2</sup>.

*In ora Piceni prope Giulia nuova rep., ubi videtur fuisse Castrum novum, est Giuliae (IX 3144 vidit Dressel).* — 1) Sic videntur legendae esse litterae consignatae. — 2) Apparet Interamnates a Castronovanis vectigal balnearum exegisse,